Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Oluf Gerhard Tychsen

Handexemplar: Explicatio Cvficae Inscriptionis Qvae In Colvmna Lapidea Mvsei Societatis Antiqvariorvm Londinensis Conspicitvr : Adiecta Est Marmoris Messanensis Interpretatio : Mss. orient. 245(6)

[Nachlassmaterialien], Rostochii: Koppe, [nach 1789]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368

Nachlassmaterial Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Memoria
de fontibus
interpretatio

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0001
DFG

Mss. orient. 245(6)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0002
DFG

I.

1. بسم الله الرحمن الرحيم

2. لعزة والبقا وسواء ضراء وذرا وبرا وجزا و

3. علي خلقه كتب الفنا وفي محمد

4. سول الله صلي الله عليه وسلم

5. اسوة يوسف بن قلوح القايد و

6. المقري في مساجد توفي لبده و سنة سبع وخمسين وخمسماية

II.

بحكم لا نريد منكم شكر و

لا جزا الا لوجه الله الكريم

سفيان بن كفاجيه

امير زنقله

A.

In Mss. orient. 245(6)



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0004
DFG

Göttingische Anzeigen von gel. Sachen
St. 137. vom 27 Aug. 1789

S. 1375. Rostock

Nai Gerh. Tychsen explicatio cuiusdam p. 1789.

„Im 7 Bande der gesammelten Sprachenkunde war eine altjüdische Inschrift auf einer Silberplatte bekannt gemacht, die nicht weniger als 6 Zeilen, und mehr dieser selbst Lesern ihre Kräfte versucht hatten. Die Verschiedenheit und die Undeutbarkeit dieser Erklärungen, unter welchen doch die Conjectur des Professor Tychsen, die Inschrift gemahne zu übersetzen, und es sind noch neuere Bekanntmachungen der Aufmerksamkeit im hohen Grade würdig, daß eine griechische Inschrift auf einer griechischen Insel, Kalymnos, Nisyros und Kos, sey, die im Jahre 557 (n. Chr. 1161) starb. Einige Zeilen sind sehr undeutlich, und wenn sie nicht getreu copirt, worauf auch wohl die Abweichungen der Erklärer zum Theil zu erklären sind.

Der Verfasser vermuthet, daß der Stein nicht aus Alexandria, wie in dem angeführten Werk gesagt wird, sondern aus Sicilien sey, weil die Schrift mit den Inschriften zu Verona, und der Inhalt mit andern arabischen Grabschriften aus Sicilien übereinstimmt.

Auf dem Kupferblatt ist auch noch eine zweite

Mss. orient. 245 (6)

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK
Bibliothek Universität Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0005
DFG

(* 66 ist kein Schreibfehler)

Inschrift mitgetheilt, die der Verfasser von dem Prinzen von Torremuzza erhalten hatte. Die Züge sind sehr verschlungen, indessen hat sie der Verfasser doch glücklich entziffert. Vermuthlich gehörte sie zu einer öffentl. Urkunde oder zu einem Pitol, als der Prinz von Messana Vella, dessen Ehrgeiz geschildert hatte, als Prior des Ord. Hiplom. Siciliae im Jahr 862 fungirte.

Auf der Urkunde ist vermuthlich ابجد ein Schreibfehler* für اوجد facies, i. reverentiam. Noch findet der Verf. auf einem Briefe von Assemani eine Stelle an, die ein, um gross zu seyn, sehr mittheilen:

Io ho conosciuto a Malta personalmente il Sign. Abate Vella; certamente è un Uomo incapace d'impostura, che ch ne dica il francese Mr. L. de Veillant."

I

II

I.

1. بسم الله الرحمن الرحيم

2. لعزة والبقا ولا سوء ماهرا وبرا

3. علي خلقه كتب الفنا وفي محمد

4. سول الله صلي الله عليه وسلم

5. اسوة وعزا فيها بوسف بن قلوج القايد و

6. المقري في مساجد توفي لبده سنة سبع وخمسين وخمسماية

القايد
عن قبر سيد محمد

II.

1. لا جزا لا لوجه الله الكريم

2. كفاجيه سفيان بن

3. زنقله امير

A.

OLAI GERHARDI TYCHSEN

EXPLICATIO

CVFICAE INSCRIPTIONIS

QVAE

IN COLVMNA LAPIDEA MVSEI

SOCIETATIS ANTIQVARIORVM LONDINENSIS

CONSPICITVR.

ADIECTA EST

MARMORIS MESSANENSIS

INTERPRETATIO.

ROSTOCHII,

EX OFFICINA LIBRARIA KOPPIANA,

MDCCLXXXIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0009
DFG

OLAI GERHARDI TYCHSEN

EXPLICATIO

CYPRIAE INSCRIPTIONIS

QUAE

IN COLUMNA LAPIDEA MUSEI

SOCIETATIS ANTIQUARIORUM LONDINENSIS

CONSPICITUR

ADIECTA EST

MARMORIS MESSANENSIS

INTERPRETATIO.

Bibliothek

ROSTOCHII,

EX OFFICINA LIBRARIA KOPPIANA.

MDCCLXXXIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0010
DFG

I.

Quae de cippo in muſeo ill. Societatis Antiquariorum Londinenſis aſſeruato, deque fruſtra tentata eius a viris ſummis enucleatione, ſuperiori anno verboſius retulerat diarii cuiusdam auctor, haud obſcure innuens, ne ullum quidem in omnibus Germaniae Vniuerſitatibus reperiri, qui cuſica monumenta interpretari valeat, varios in animo meo excitauerunt motus. Vt hanc iniuriam patriis eruditis malitioſe factam, quantum quidem in me ſitum eſſet, propulſarem, ſumtibus haud paruis Volumen VII. *Archaeologiae* *) ſine mora ex Anglia acciui, viſurus, an

 reuera

*) Titulus operis eſt: *Archaeologia*, or miſcellaneous tracts relating to Antiquity publiſhed by the Society of Antiquaries of London Vol. VII. London 1785. 4. in quo de hoc lapide, cuius inſcriptio et aeri et ligno inciſa exhibetur, pag. 1 — 18. fuſius diſputatum fuit. Sed haud leuis

reuera inſcriptio tam ſit nodoſa dicenda, vt prorſus explicari nequeat. Vix autem oculos in eam nuper acceptam coniecera-ram, quum, quod pace cenſoris, qui in palaeographia orientali, ſupra quam credi poteſt, peregrinus et hoſpes eſt, dixerim, lectu eam facillimam eſſe, ſi paucas quasdam parui momenti dictiones, quae iniuriam vel temporis vel deſcriptoris paſſae ſunt, exceperis, facile deprehendi.

In cauſſas quidem, cur neque ill. Societatis membra, neque Viri, quos in conſilium adhibuerant, linguae arabicae peritiſſimi facillimam hanc inſcriptionem enodare poterant, inquirere nec iuuat, nec opus eſt; abs re tamen haud fore confido, ſi illorum interpretandi pericula, non quidem ad imitandum, ſed ad euitandum proponam prius, quam meam in medium proferam interpretationem: praeſertim cum laudata Societas meris fictionibus conflatam clar. *Bohunii* verſionem caeteris praetuliſſe videatur, et celeberrimus *Caſiri* epitaphium cuiusdam Chalifae reperiſſe ſibi viſus ſit, ne tantorum virorum auctoritate, quae iure quidem ſuo magni ponderis eſſe debet, incauti et in his ſtudiis parum exercitati lectores decipi ſe patiantur. Sex autem lineis gaudet inſcriptio, totidemque interpretibus, quorum pericula eodem, quem eis aſſignauit Societas ordine, nunc collocabo.

I. Clar. HVNT nihil aliud niſi primam lineam: *biſmillah rahhman rahhim*, i. e. *in nomine Dei miſericordiſſimi*, nec non leuis inter quasdam vtriusque exemplaris litteras eſt diſcrepantia, cuius non modo nulla cauſſa allata, ſed et celata fuit, cuinam inprimis apographo maxima ſit fides habenda; quae ſane notitia interpreti pernecceſſaria, inſtituta ectyporum cum archetypo collatione, facillime erat communicanda. „*The engraving*, inquiunt pag. 18. *in plate I. was made from an original drawing by M. Baſire for the purpoſe of circulation in order to obtain an elucidation of the inſcription. But from a block in the poſſeſſion of Thomas Aſtle Esq. it appears that Mr. Ames had the inſcription cut in wood probably with the like intention. The fac ſimile is by Mr. Aſtle's permiſſion here exhibited.*“

non : *anno quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo*, (Chr. 1161.) extricare potuit.

II. Cel. CHAPPELOW quidlibet, prima linea excepta, quae per-uulgatam ſententiam Alcoranicam continet, excogitare auſus eſt.

„1. In nomine Dei admodum miſericordis.
2. Deus *eſt* perfectus, purus — — —
3. Benigniras *eſt* illi et res deſiderata.
4 Fortitudo *eſt* illi, religio vera
5. coeleſtis legati eius et traditiones.
6. Deus autem ipſe eſt in coelo.“

III. Cl. BOHVN, vt vel fucum faceret imperitis, vel inſcitiam ſuam tegeret, cuficam ſcripturam, quam ignorabat, latinis litteris, quod mireris, ſic repraeſentauit:

„1. Bsm alahn alrhm m alrhmy-l cäb
2. *bra* bn Dw *alyſn* mn Tsm thmn tmn nmn tmn
3. aly chlfd *Hkym alſyn'* Mn fynia *Mhmd bn*
4. esm' l' alcä.ai mn alcätya m^ne s. Hd wn
5. aeswanā mā äkra^wa ma *Nawazza* fey Alftekywn (or, Alaftal)
6. Min el Muſtafy fy Mesr ledinallahi wa ſetta^m ſana
7. wa kumwat macid wa kom ſalam kahi.“

Ex hac ſua hieroglyphica tranſſcriptione hanc elicuit portento ſimilem verſionem Bohunius V. C.

„1. Bismela cum plano tecto, hoc templum
2. erectum ad antiquum modulum, igne vero conſumtum, aeternisque ruinis ſepultum,

3. tempore Califae *Hakem* denuo erectum ad exemplar a Muhammed

4. Caſim in ſuis de hoc ſtructurae genere inſtitutionibus ad imitandum propoſitum,

5. et nouiſſime, poſtquam immunditiis liberatum et conſecratum fuerat, reaedificatum ex mandato

6. Muſtafae Aegypti domini, et per Dei gratiam principis fidelium anno 506 (Chr. 1112.) menſe Cahile *).“

Auctor dubio procul ſudauit et alſit, vt hanc ſuam fictionem cum hiſtoria Hakemi Chalifae contenderet, demonſtraretque, hunc lapidem templi Alexandrini ad exemplum Caabae exſtructi angulo incluſum fuiſſe, vt tam nigrum Caabae lapidem repraeſentaret, quam religioſos Africae, Syriae et Hiſpaniae peregrinatores ab itinere Meccano ſubeundo abalienaret, immo ipſos Chriſtianos et Muhammedanos inter ſe coniungeret —

IV. Cl. COSTARD, quem cenſor ſugillat, plus et rectius videns quam omnes interpretes, ſic tranſtulit:

„1. In

*) Ne verbis auctoris alienum ſenſum affinxiſſe videar, ipſam eius anglica lingua ſcriptam explicationem hic apponere lubet.

„1. The Bismela with a flat roof, this temple

2. Erected according to an old form, happening to be burnt down and lay ſleepiug in its ruins, was

3. in the time of the Caliph Hakem re-erected according to that (form) which Mahomet

4. Caſim, in his directions touching this kind of building, had given and ſet thereof an

5. Example, and now laſtly being purged from impurities and conſecrated was rebuilt by order

6. of Al Muſtapha, over Egypt by the grace of God Lord of the faithful in the year 506. in the month Cahile.“

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0014
DFG

„1. In nomine Dei misericordis et gratiosi. Deo competit
2. potentia, duratio, diuturnitas et aeternitas.
3. Super omnes res potens est. Similiter testifico, quod Muhammed,
4. (cui Deus largiatur fauorem et gratiam,) sit apostolus Dei perfecti et excelsi
5. Josephus filius Kalugh iusti iudicis,
6. cuius locus sit fortunatus die nouissimo, obiit mense Jumadi anno 557. (Chr. 1161.) *).

V. Cl. CASIRI in litteris 1779. ad cl. WOIDE scriptis, hanc dedit versionem:

„1. In nomine Dei miserentis et misericordis. Deo
2. aeterno, qui est iudex — religio
3. Sepulcrum Kalifa — ad diem resurrectionis. Muhammed
4. est legatus Dei, cui Deus propitius sit et pacem reddat.
5. Profiteor — — — diem resurrectionis
6. anno 507. (Chr. 1113)“

VI. Cel. PIZZI in litteris ad cl. WADDILOVE missis hanc quarumdam in capite et calce extantium dictionum impertitus est translationem:

„In

*) Anglice sic audiebat l. cit. pag. 21. „In the name of God, merciful „and gracious. To God belong power, duration, diuturnity and eter„nity. He is over all things the powerful.
„I testifie likewise that Mohammed is the Apostle of God (God grant „him favour and peace) the pérfect the high.
„Joseph the son of Kalugh the just judge which place be in happiness „in the last day, died in the month Jomadie in the year 557.“

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0015
DFG

„In nomine Dei misericordissimi. Deo competit s. Dei est
„adoratio et pax —
„anno 507. (Chr. 1113) *).

Quas breuiter summatimque recensitas doctissimorum virorum maxime inter se diuersas explicationes sub censuram vocare superuacaneum duco, satis fore existimans, si nudâm et simplicem meam iis addam sequentis tenoris interpretationem:

„1. In nomine Dei miseratoris misericordis, Deo (competit)
2. potentia et aeternitas, et ~~aequa puniendi et remunerandi~~
~~(post hanc vitam)~~ *potestas.*
3. Creaturae vero eius decretus est interitus. ~~Immo etiam~~
~~decessit~~ Muhammede

4. Legato Dei, cui Deus propitius sit et pacem largiatur,
5. *Exemplum et* ~~notatum~~ Jussuf filius Kalug, gubernator
~~(s. Alcaide) et~~
6. Praelector (**) in templis. *Obiit ineunte* anno quingentesimo quinquagesimo septimo. (Chr. 1161.)

Vt

*) Quum praestantissimi duumuiri CASIRI et PIZZI in definiendo anno 507, qui in cippo 557 est, inter se congruant, non modo dictio: *et quinquaginta* (wachamsin) ab illorum exemplaribus abfuisse, sed exemplarium accuratio in suspicionem merito venire videtur.

**) *Almokri* s. Praelectorem D'HERBELOT sub voce: *Mokri* ita describit: „*Mocri.* Ce mot, qui signifie en general, Lecteur, est le surnom ou le titre des plusieurs Auteurs, qui l'ont porté, a cause qu'ils etoient du rang de ces Docteurs, qui font profession particuliere d'enseigner la lecture et publication de l'Alcoran, et peut-etre aussi celle

de

Vt autem hanc meam verſionem veloci oculo percurrere et ſine negotio examinare poſſint lectores, non modo ipſam tituli cufici imaginem, ſed et ſubſtratam ei Neſquianis litteris tranſſcriptionem, aere ipſe, neceſſitate coactus, inartificialiter expreſſi, lineis ſubductis diſtinguendo vel temporis edacitate deprauatas, vel a chalcographo male pictas dictiones, vt quae vera, quae dubia mihi videbantur, ſtatim ſub oculos caderent. Nimirum dubius haereo, vtrum corrupta verba 8. 9. 10. 11. *aequa puniendi et remunerandi poteſtas*, itemque 33. 34 *obiit ineunte*, coniecturando aſſequutus ſim, nec ne. Pari modo verſione mea dictionum 23. 24. 25. *exemplum et vixillum fuit*, haud valde delector, poſtquam cippum Lilybaeanum, quem doct. Princeps T. M. olim mecum communicauerat transferendum, memoria reuocaui. In hoc enim cippo non modo integrae quatuor priores lineae, exceptis tribus dictionibus 8. 9. 10. easdem, ac cippus Londinenſis, ſententias ſeruant, ſed eas quoque excipiunt ſequentia in tabula aenea lin. 5. expreſſa verba: *ora apud hoc ſepulcrum* Abulhaſſan &c. Quae quum contextui apprime reſpondeant, et cum corruptis ectypis facile conciliari queant, veram mihi videntur referre lectionem: *ora apud hoc ſepulcrum* Joſephi &c.

Columnam itaque, quam ſupra laudatum muſeum ſeruat tantummodo eſſe cippum in ſepulcro Joſephi Kalugi gubernatoris et alcoranici in templis praelectoris poſitum, res iam eſt certa et expedita.

Ad

de lire le même Alcoran dans les Mosquées aupres des Turbés ou Sepulchres des Princes, pour le ſoulagement des leurs ames, comme pretendent les Mahometans.“

Cel. CASIRI T. I. bibl. ar. Eſcorial. peg. 91. col. 2. „Lectorum, *ſcribit*, nomine ii intelliguntur, qui Alcoranum in fanis et ſcholis legere ſolent.“

Habebant etiam Chalifae ſuos Anagnoſtes, vt videre eſt apud Abulpharagium in hiſtoria Dynaſtiarum pag. 290 et 319.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0017
DFG

Ad lapidem ipſum, qui porphyrites eſt, et conum inuerſum altitudinis $3\frac{1}{2}$ pedum, et diametri 8 ad 6 digitorum repraeſen at, eiusque patriam quod attinet, ex Alexandria anno 1726. Angliam transvectus eſſe dicitur. Sed dubitare licet, vtrum revera ex Aegypto, an potius e Sicilia, vt mea fert ſententia, hic lapis ſepulcralis ablatus fuerit. Pro patria quidem Sicilia, quae v. gr. Veronae *) marmora ſua cufica ſcriptura diſtincta dedit, haec duo palmaria militant argumenta.

I. Cl. BOHVNII fides admodum ſuſpecta eſt. Nam praemeditatae ſuae fictionis confirmandae cauſſa neceſſario requirebatur, vt cippus ex Aegypto transportatus ſtatueretur.

II. Cel. Linguae Arab. in Vniverſitate Oxonienſi Profeſſor HVNT hocce monumentum *a Saracenis Siciliae aut Italiae* poſitum **) diſerte pronuntiat, certo indicio, hanc eum relationem, quam et litterarum tuetur figura, quae in cippis Siculis ſeculi VI^ti Hegirae conſpicitur, nec non formula: *Deo competit poteſtas et aeternitas; creaturis autem eius praeſcriptus eſt interitus; deceſſit quoque Muhammed* &c. quam exhibet cippus primus Puteolanus ***) a. 471. Chr. 1079.

*) Aeri inciſa viſuntur in Muſeo Veronenſi pag. 187. quorum accuratam verſionem ad laudatum Principem T. M. qui eorum ectypa mihi largitus erat, miſi, quod ea, quam clar. Praeſul Joſephus Simon Aſſemani loc. cit. pag. 489. cum Marchione Maffei communicauerat, omne punctum minime ferebat. Quod forte in cauſſa fuit, cur cel. Abbas SIMON ASSEMANI nouam verſionem italicam, addita Nesquiana tranſſcriptione, tomo II. Muſei cufici Naniani, Patauii 1788. 4. euulgati inſereret, quae omnino omnibus numeris abſoluta dici meretur, ſi modo in maiori cippo lineae XIV. dictio ſexta, quam vir in cuficis legendis verſatiſſimus نبعث legerat, e Surae XXII. commate VII. in cippo excitato: *quod hora* (reſurrectionis) *ſine dubio ventura, et Deus reſuſcitaturus ſit, qui in ſepulcris ſint*, in أنبعث corrigatur.

**) Loc. cit. pag. 3. „He inclined to think it ſepulcral, *erected by the Saracens in Sicily, or ſome of the ſouthern parts of Italy.*“

***) Videſis *Sarnelli* guida di Pozzuolo ital. et gall. cura Ant. Bulifon Neapoli.

1079. itemque ſupra memoratum Lilybaeanum epitaphium anni 521. Chr. 1127. quamque omnes adhuc editi cippi orientales ignorant, certis auctoribus comperiſſe.

Vtcumque vero ſe res habet, ſilentio tamen praeterire nefas duxi, quod in grauem dubitationem cadere videbatur.

Atque haec quidem de hoc cippo Londinenſi tradidiſſe abunde ſit.

Neapoli 1702. 8. et *Hadriani Relandi* diſſ. de numis Samaritanis Traj. ad Rhen. 1709. 8. in Adpendice, quae quatuor haec marmora Puteolana aere expreſſa cum explicatione et Neſquiana tranſcriptione exhibet, primo excepto, cuius tres vltimos verſus *Relandus* intactos reliquit. Ante eum Abbas *de Longuerue* horum marmorum dederat verſionem, modo citato Sarnelliano opuſculo inſertam, quae quidem omnibus numeris abſoluta dici nequit, de Interpretis tamen cufica legendi peritia ſatis ſuperque teſtatur. *Relandus* hanc verſionem prorſus ſilens, eius notitiam non habuiſſe videtur.

II.

Reſtat, vt de altera in aes inciſa inſcriptione, quam vna cum innumeris aliis liberalitati excellentiſſimi Principis D. GABR. LANCILLOTTI CASTELLI acceptam refero, paucis abſoluam. Lapis extat Meſſanae litteris, quae, dummodo litterarum varie implicatos ad ornandam ſcripturam ductus haud aeſtimes, medium inter cuficas et modernas mauritanicas tenent *), inſignitus, et ſequenti praeditus inſcriptione:

„*Congregabimus vos, neque gratiarum actionem, neque re-*
„*tributionem, niſi faciem* (i. e. cultum) *Dei perliberaliſſimi*
„*a vobis requiſituri.*

„*Safian filius Cafagiah, princeps Zancalae.*“

Videtur marmor vel ad publicum peregrinatorum hoſpitium, vel ad noſodochium locatum fuiſſe. Quo vero vixerit tempore Emir *Safian*, et quid ſibi velit Zancalae nomen, ex litteris laudati Principis, Panormi prid. Non. Sept. 1788. ad me datis, quae inſtar egregii commentarii ſunt, optime animaduerti et diſci poterit:

„Aliam tuam Epiſtolam accepi V. Kal. Auguſti ſcriptam
„cum adiuncta, quam ſtatim VELLAE noſtro tradidi. Legi
„in ea ſumma perfuſus laetitia, verſionem Meſſanenſis Ara-
„bici marmoris, quae mire cum noſtro codice **) concor-
dat;

*) Alia exſtat Meſſanae inſcriptio edita in adpendice tabularum Gualterii editionis Meſſanae, cuius litterae ad ſimilitudinem litterarum noſtri marmoris, codicis Martiniani, et epitaphii ad portam magnam eccleſiae maioris Marſiliae, prope accedunt.

**) Eius titulus eſt: Codex diplomaticus Siciliae ſub Saracenorum imperio, ab anno 827. ad 1072. nunc demum ex MSS. Mauro-occidentalibus depromtus cura et ſtudio ALPHONSI AIROLDI Archiepiſcopi Heracleenſis, Legationis Apoſtolicae et Regiae Monarchiae in Sicilia Judicis

Sura LXXVI, 9. إِنَّمَا نُطْعِمُكُمْ لِوَجْهِ ٱللَّهِ لَا نُرِيدُ مِنكُمْ جَزَآءً وَلَا شُكُورًا

h. e. (Profecto) cibamus vos reſpectu Dei (nnn ,ישר) (ex ſpe praemii diuini) nolumus a vobis retributionem neque remunerationem.“

„dat; habetur namque ex eo *Chafagiam*, qui magnus Si-
„ciliae Emir renunciatus fuit anno Hegir. 248 (Chr. 862.)
„in obſidione Syracuſarum vrbis interemtus, *Safiam* filium,
„Zanclae ſ. Meſſanae Emirum conſtituiſſe. Notandum
„item, ſemper in codice Zanclae nomen, prout in mar-
„more, Meſſanae vrbi datum occurrere: ſic liber librum
„aperit, et monumentum monumentum explicat."

Forte *Cafagiah*, cuius in marmore mentio iniicitur, idem ille eſt, qui ornamenta opere anaglyptico ex aere confecta, inſcriptionibusque arabicis praedita, quae ad ornanda capita et veſtimenta ſtatuarum Chriſti et Apoſtolorum Petri et Paulli, Romae in porta maiori templi S. Petri ſub Eugenio V. Summo Pontifice poſitarum adhibita fuerunt, conficienda curauerit. Nam in altera coronae Saluatoris linea, quae cum prima inſcriptionis coronae S. Petri linea concordat, haec verba exrare videntur: اتا قباجي امير سيدنا وعكسانا i. e. *donauit* CABAGI *Emir, dominus noſter et gloria noſtra* *). —

Sed

dicis. Tomus primus. *Panormi* typis Regiis 1788. fol. Addita codici eſt epiſtola mea d. d. Kal. Dec. 1787. ad feliciſſimum codicis Martiniani interpretem cl. JOSEPHVM VELLA Hieroſol. Reg. Ordinis Fratrem Capellanum, et in Academia Panormitana L. Arabicae Profeſſorem, quem *Veillantius* quidam indignis modis tractauit, virum integerimum ceu veteratorem citans, de quo tamen cel. Abbas SIMON ASSEMANI LL. OO. in Seminario Patauino Profeſſor, in litteris XXII. Nov. 1788. ad meſſcriptis non rogatus medium hoc tulit et verum iudicium:

„*Jo ho conoſciuto a Malta perſonalmente il Sign. Abate* VELLA;
„*certamente è un Uomo incapace d'impoſtura, checche ne dica il*
„*Franceſe Mr. L. de Veillant.*"

Quod liberale teſtimonium egregie facit ad ea confirmanda, quae in epiſtola mea ad laudatum Principem T. M. *Panormi* excuſa, et in diarii Mecklenburgici ſcida VI. pag. 461. &c. recuſa, de cl. VELLA libere et confidenter ſtatueram.

*) Dictionum arabicarum in coronis imaginem infra in tabula ſub litt. A. expreſſi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0021
DFG

Sed nihil definio prius, quam accuratam et fidedignam detectae superiori anno ab Anglo quodam inscriptionis accepero delineationem. Hoc tamen dubio caret, inscriptionis litteras cum iis, quae in epitaphio Messanensi anni 373. Chr. 983. itemque in palatio *dei Borgognoni* dicto, nec non in arce *Zisae* iuxta Panormum cernuntur, maximam habere similitudinem. (Discrepantia in nominis Orthographia in censum non venit, quod saepe in litteris sono affinibus ad aurium iudicium componatur.) Fatendum quidem esset, argumentum a litterarum in variis istis inscriptionibus similitudine ductum, ad euincendam communem earum patriam Siciliam valde infirmam esse, nisi occurrens in inscriptione Romana Emiri titulus, quem Siciliae Duces sibi vindicauerant, omnem prorsus tolleret dubitationem. Quando vero et quo modo hae coronae Romam perductae fuerint, rerum Sicularum et Romanarum florentissimi auctores procul dubio in lumine sunt collocaturi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0023
DFG

Aus einem Briefe des H. Oberconsistorialraths Schneider zu Hannover an den Hr. Mag. und Diaconus an der Nicolai Kirche zu Rostock, Nichenek vom 8 Oct. 1790.

"In der einzigen sehr interessanten Schrift des H. Hofr. Tychsen: Interpretatio Inscriptionis aus p. stellt der dazu gehörige Kupfer. Könnten Sie. Hochwohlgeb. mir diese Kupfer, wovon ich H. Tychsen, mit Erzeugung meiner grossen Hochachtung gegen seine Verdienste versichern; sehr würde mir solche diese angenehme Frage, weil ich unsere ältliche Schriften derselben besitze und sehr schätze."

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK ROSTOCK

Bibliothek Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0024

DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0025
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0026
DFG

II.

Reſtat, [illegible] aes inciſa inſcriptione, quam vna cum [illegible]alitati excellentiſſimi Principis D. GABR. [illegible]LI acceptam refero, paucis abſoluam. Lapis extat [illegible]eris, quae, dummodo litterarum varie implicatos a[illegible]ſcripturam ductus haud aeſtimes, me-dium inter [illegible]dernas mauritanicas tenent *), inſigni-tus, et ſequ[illegible]s inſcriptione:

„*Cong*[illegible], *neque gratiarum actionem, neque re-*
„*tribut*[illegible]*uciem* (i. e. cultum) *Dei perliberaliſſimi*
„*a vob*[illegible]

„*Sa*[illegible]*agiah, princeps Zancalae.*“

II Videtu[illegible]el ad publicum peregrinatorum hoſpi-tium, vel ac[illegible]m locatum fuiſſe. Quo vero vixerit tempore En[illegible]t quid ſibi velit Zancalae nomen, ex lit-teris laudati [illegible]Panormi prid. Non. Sept. 1788. ad me datis, quae i[illegible] commentarii ſunt, optime animaduerti et diſci pote[illegible]

„Aliam[illegible]olam accepi V. Kal. Auguſti ſcriptam „cum a[illegible]m ſtatim VELLAE noſtro tradidi. Legi „in ea [illegible]ſus laetitia, verſionem Meſſanenſis Ara-„bici n[illegible]ae mire cum noſtro codice **) concor-dat;

*) Alia exſta[illegible]criptio edita in adpendice tabularum Gualterii editionis [illegible]us litterae ad ſimilitudinem litterarum noſtri marmori[illegible]niani, et epitaphii ad portam magnam eccle-ſiae maio[illegible]rope accedunt.

**) Eius titu[illegible]t diplomaticus Siciliae ſub Saracenorum impe-rio, ab a[illegible]72. nunc demum ex MSS. Mauro-occidentali-bus depre[illegible]tudio ALPHONSI AIROLDI Archiepiſcopi Heracleen[illegible]Apoſtolicae et Regiae Monarchiae in Sicilia Ju-dicis

Sura LXXVI, 9. [illegible]وَلَا شُكُورًا

h. e. (Profecto) cibamus vos reſpe[illegible] إِنَّمَا نُطْعِمُكُمْ لِوَجْهِ اللَّهِ لَا نُرِيدُ

bitionem neque remunera[illegible] b) (in Spe praemii diuini) nolumus a vobis retri-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989368/phys_0027
DFG